Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift

milem estimabo generationem istam. Si
milis est pueris sedentib; in foro. qui cla
mantes coequalibus dicunt. Cecinimus
uobis. & non saltastis. lamentauimus. &
non planxistis. Uenit enim. aut iohannes. neq;
manducans. neq; bibens. & dicunt demo
nium habet. Uenit filius hominis man
ducans. & bibens. & dicunt. Ecce homo uo
rax. & potator uini. publicanorum & pecca
torum amicus. Et iustificata est sapientia
a filiis suis. Tunc coepit exprobrare ciui
tatibus. in quibus factae sunt plurimae
uirtutes eius. quia non egissent penitentiam. Uae tibi chorozain. uae tibi beth
saidae. Quia si in tyro & sydone facta essent
uirtutes quae factae sunt in uobis. olim in
cilicio & cinere poenitentiam egissent.
Verumtamen dico uobis. Tyro & sydoni re
missius erit in die iudicii. quam uobis.

T. cviii.
V
L. cxv.